

Gibb Thresh: Inter istos fuit quidam Faventinus, Beliger nomine; cum suis Faventiniis perexit cum eis addit Azzarinus in exemplari suo 3.*

etissimi. Quadam vero die, cum maximum cum Saracenis commisissent præedium, captus est dominus Balduinus (45) a Norandino principe Damasci, qui de voluntate suorum Saracenorum suam filiam unicam, Norandinam nomine, recepta Christianitate illi supposuit; ex quorum concubitu natus est Sanguineus [A] in omnibus patri similiis (46).

De destructione castri Sylvæ majoris.

CAP. XVIII.

Anno ab incarnatione Domini MLXXXVIII, Faventini obseuerunt castrum Sylvæ majoris in Tilaveria [a] [B], quod multum offenderat Faventinos; et infra octo dies, adjutorio comitis Guidonis [b], totum destruxerunt. Manutenebant autem prædictum castrum Marzanenses [c] et Drudo de Caminiza [d].

Quando Hierosolyma ab istis tribus principibus capta est.

CAP. XIX.

Anno Domini Mxcix, dominus Balduinus et dominus Gotofredus [d] et dominus Albojamons [e] Hierosolymam ceperunt, devictis atque fugatis omnibus inimicis Christi. Factus est dominus Balduinus rex Hierosolymitanus, Gotofredus comes Ascalonæ, Abojamons princeps Antiochenus (47). **

** (Mittellib Thresh): Beliger Faventinus etiam factus est magnus vir in partibus illis magnus constituto fuit add. 3.

Quando Faventia obessa fuit ab Alberico Marchionis [d].

CAP. XX.

Sub anno vero Virginei partus MC tercio, Albericus Guidonis de Manfredo, Rainaldus de Rambertino, Segnorellus de Ugone, et alii multi nobiles, combustis et destru-

[a] *Castrum Sylvæ majoris in Tilaveria.* Sic Codd.; supra, pro Tilaveria, vidimus scriptum *Talaveria*, quemadmodum hodie etiam nuncupatur. [b] *comitis Guidonis*, videlicet *Guerrae*, de quo alias. — [c] *Drudo de Caminiza.* Sic Codd.; in versione italica Gregorii Zuccoli, et in C. A., pro *Drudo*, legitur *Guido de Caminiza*. — [d] *Gotofredus.* Sic C. M. hoc loco. — [e] *Albojamons*, dein *Abojamons*, C. M.

[A] *Sanguineum* quedam scriptores memorant, qui Aleppi fuit princeps, qui anno MCXLIV ingentem Christianorum numerum trucidavit, atque Edessam, nunc Orfam, cepit. Hic certe non videtur esse ille de quo loquitur Tolosanus.

[B] Quo loco *Talaveria* resideat jam supra notavimus. *Castri vero Sylvæ majoris* nec vestigium amplius superest.

[C] *Marzanenses*, sic dicti a *Marzano*. Locus hic ad quatuor milliaria cum dimidio versus meridiem est.

[D] *Marchionis*. Usitata eo tempore erant, ut notat Cl. Mittarelli, nomina *Marchionis*, *Comitis*, *Ducis*, *Episcopi*, *Abbatis*, quae non dignitatem, sed nomen, aut cognomen proprium, vel potius referabant. In charta anni 1128, ex Archivo Azzur., legitur nomen *Archiepiscomei*, filii *Hugonis comitis Cunii*. *Albericus porro Marchionis* statim hic dicitur *Albericus Guidonis de Manfredo*.